



BUAH

STELLO  
PERA

TOMO. II. III

F.A.  
347  
CAS  
(1726/8)

D. JOANNIS

DEL

CASTILLO

SOTOMAYOR

J.C. NOBILISSIMI; OLIM COMPLUTENSIS

Academiae Antecessoris Primarii; Postmodum in Gallaciano, Hispalensi, & Granatenfi Auditoriis, Regiisque Curiis, Successive Senatoris Amplissimi; Demum in Supremo Dominicae Rei, sive Patrimonii Regii Senatu Consiliarii praestantissimi;

QUOTIDIANARUM

CONTROVERSIARUM JURIS

TOMUS TERTIUS:

IN QUO

DIVERSAE ET UTILISSIMAE QUÆSTIONES

Ad usum FORENSEM accommodatae explicantur, & accuratus DE JURE REPRESENTATIONIS, circa Fideicommissarias & Primogeniorum Successiones, Tractatus inseritur.

OPUS REVERA PRAGMATICIS FORENSIBUS

*utilissimum, cum Summariis, & Indicibus, ad sublevandum Lectoris Laborem, Opportunis.*

NOVA EDITIO, AB INNUMERIS VETERIS PRÆLI MENDIS EXPURGATA,

& Characterum varietate distinctis allegationibus non mediocri labore adornata.



COLONIAE ALLOBROGUM.

Sumptibus PERACHON & CRAMER.

M. DCCXXVI.

D. JOANNIS

DEL

CASTILLO

SOTOMAYOR

C. NOBILISSIMO OLIM COMITI UTINENSIS

Acad. et de Amalthea Primus, Postmodum in G. ...  
Audientia Regia, et Castellae Regis ...  
Deputatus Reg. sine Parlamento Regis ...

QUOTIDIANARUM

CONTRORVERSiarum JURIS


TOMUS PRIMI

PRIMA ET ULTIMA QUAESTIONES

Ab anno 1744 ...  
DE JURIS PRAECIPIA ...

US REVERENDISSIMO ...

ADDITIONE ...




COLONIAE ALEPHROGUM ...  
PUBLIS CHON & CRAMER.

M. DCC. LXXV.

# ARGUMENTA OMNIUM CAPITUM

Quæ in hoc Libro seu Tomo III. continentur,

*Sic absolutè digesta, ut quilibet universas materias, quæ in unoquoque  
explicantur, facili cursu percipere possit.*

CAP. I.  D Titulum D. & C. si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit, & leg. 26. 27. 28. & 29. tit. 1. part.

6. ubi earum legum decisiones exornantur nonnullis, quæ scitu quidem & notatu sunt digna, nec ab alio hæctenus fuerant sic adnotata. Deinde, de testatore impedito, aut prohibito testari, testamentumve, aut dispositionem antea factam mutare. De eo etiam qui ad testandum, aut non testandum, aut sic, vel certo modo disponendum, aut non disponendum, vi, metu, vel dolo, aut blandis verbis, suggestionibusve, aut instigationibus, sive assiduis, & importunis precibus est inductus. Item de eo, propter metum reverentialem, vel ad suasionem ejus, cui reverentiam debet, aut etiam conjunctorum ad testandum, vel non testandum aut certis modis de rebus suis disponendum adducitur. Et an solus metus reverentialis efficiat, quòd aliquis dicatur prohibitus testari, vel ita liberè, & spontaneè, ut debuit, non testatus. Quarum etiam personarum respectu timor reverentialis consideretur? & an legata debeantur hodie post decisionem *l. 2. tit. 4. lib. 5. novæ collect. Reg.* ex testamento facta per vim, aut per metum, sive per dolosas, aut importunas instigationes. Ac denique de conjecturis, quibus in proposito, vis, metus, aut fraus colligi valeat & de modo probationis: diligens equidem, & in utroque foro necessaria valde explanatio, qua [ut videbis, lector] prolixa, & originali Scribentium omnium lectura, multa & noviter & verè digeruntur, quæ nullus antea sic distinctè & dilucidè explicaverat, nec absque ingenti studio in unum recenseri potuissent. pag. 1.

CAP. II. *Authent. Sacramenta puberum, Fo. del Castillo Cantrov. Jur. Tom. III.*

C. si adversus venditionem, cap. quamvis pactum, de pactis in 6. decisio & materia exornata, atque declarata nonnullis, quæ utilissima sunt, & quotidiana, & ab Authore hoc loco dilucidè, atque distinctè explicata; ubi præcipuè tractatur, Utrum contractus à minore cum jurejurando gestus, aut renunciatio facta patri, vel fratribus per filiam, dum nuptui, aut Monasterio tradebatur, in amplissima forma, ac etiam cum juramento, prætextu enormis aut enormissimæ læsionis, sive ob defectum certiorationis beneficii competentis, retractari & rescindi debeat. p. 26.

CAP. III. Ad explicationem legis 21. 22. & 23. tit. 8. partita 5. l. 2. tit. 9. de las condiciones generales, lib. 9. novæ collect. Regiæ. & l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahenda emptione, ubi locati & conducti materia, quod attinet ad conductorem quocumque casu, aut modo, uti frui impeditum, utiliter & notabiliter tractatur; ipsarummet legum decisio exornatur & declaratur quamplurimis; & in quæstione illa, an conductor, vel alius suscipiens in se generaliter casus fortuitos, censeatur etiam suscepisse insolitos aut insperatos omnino, sic ut nullius, etiam rarissimè, aut nunquam contingentis eventu se excusare possit, contrariæ opiniones proferuntur: dicta lex partita 23. & d. §. frumenta, ita fortiter & verè ponderantur, atque declarantur, ut amplius cavillari non possint. Ac denique nonnullis noviter & dilucidè, verè tamen & juridicè adnotatis, in præfato dubio sententia Authoris proponitur. quæ in futurum cuicumque rem hanc maturè & rectè consideranti placere debebit. pag. 45

CAP. IV. Hypotheca tacita dotis, sicut præfertur aliis hypothecis tacitis anterioribus non privilegiatis, an ita expressis quoque anterioribus non privilegiatis præferri debeat? † 2

# INDEX CAPITUM

beat? Deinde si expressa sit, utrùm anterioribus expressis sit præferenda, & decisio *leg. 33. tit. 13. partita 5.* an in hoc casu aliquid novum induxerit? an etiam quoad bona quæ sita post hypothecam mulieris, aliquid ultra jus commune præsenferit, jussive pro fisco introductum in *l. si is qui. ff. de jure fisci*, datis eisdem terminis; an in dote intactum relinquat, quamvis contra dotem non obtineat? Præterea, hypotheca competens arrhis, & donationi propter nuptias, an habet privilegium prælationis, sicut dos? ubi expenditur *lex 29. in fine, titulo 13. partita 5.* & novè discutitur quid dicendum sit, quando ex causa remunerationis, vel à viro ignobili, aut sene uxori nobili, aut juveni donationem propter nuptias ante matrimonium, vel post, factam esse constiterit, & noviter consideratis, maturèque, & distinctè perspectis nonnullis, quæ (ut videbis lector) nullibi erant antea sic scripta: proposita omnia dubia, sic accuratè, & verè resolvuntur, ut tam de jure communi, quàm de jure Regio absoluta in futurum, & diligens maneat resolutio, nec amplius hisce de rebus dubitandi locus esse possit. pag. 61.

CAP. V. Ad explicationem *leg. 7. titulo 11. partit. 6.* ubi illius legis verus & germanus sensus, veràque ratio dilucidè assignatur; ejusdem decisio nonnullis, & noviter, & notabiliter exornatur; & in quæstione illa, utrùm legitimam filius amittat propter inventarium non confectum, quæ hucusque ab aliis scripta erant, recensentur in unum; distinctione, & resolutione adnotantur quamplurima, quæ scitu quidem, & notatu sunt digna. Et tandem agitata quæstione altera, an legitima filiorum de jure naturali, aut civili procedat? & an lege, statuto, consuetudine, aut Principis rescripto tolli possit; & in illa consideratis nonnullis, quæ alibi non invenies sic adnotata, nec scripta, dubium superius absolute & verè, atque originali Scribentium omnium lectura declaratum relinquitur. p. 69

CAP. VI. Ad explicationem *leg. 53. titulo 5. partita 5.* in versiculo, *Otrofi dezimos*, ubi illius legis verus, & germanus sensus adducitur. *L. 2. C. de commun. rerum alienat. & l. 1. C. de vendit. rerum Fiscal. cum privato communium, lib. 10.* decisio, & privilegium Principis, ut si habeat rem communem cum alio, possit vendere eo invito: nova, & notabili quamplurimorum resolutione exornatur. Ac denique antiqua illa & vulgatissima quæstio, utrùm possit Princeps de plenitudine potestatis aliquem cum causa, vel sine causa, dominio

rei suæ privare, tractatur, & permultis Authoribus in unum congestis; Hippolyti Riminaldi *consil. 45. ex num. 41. usque ad num. 91. lib. 1.* ideò commendatum hoc loco, quod ipsemet Author, eruditè (ut adsolet) & plena manu scripserit; Angeli fundamentis concludenter satisfacit, omniàque in præfato dubio necessaria absolute annotavit. p. 82.

CAP. VII. Ad explicationem *l. 14. in versic. fin. tit. 4. partita 6.* ubi de intellectu illius legis dilucidè, atque ex proposito agitur, ipsius difficultas perpenditur; aliorum interpretationes dubiæ relinquuntur; & quæstio illa, utrùm valeat præceptum de contrahendo cum consanguinea intra quartum, vel intra secundum gradum conjuncta, sive simpliciter, sive sub conditione, *si Papa dispensaverit*, adjiciatur absolute & distinctè explicatur. Deinde vulgatum illud Doctorum assumptum, quod impossibile reputetur id, quod à Principis voluntate dependet, falsum esse; nec etiam distinctione communi Doctorum componendum, melius quàm antea fuisset, demonstratur hoc loco; & omnia quæcumque in proposito jura sunt, singulariter, & verè enucleantur. Ac demum inquiritur, cum in testamento, aliave dispositione præceptum, aut conditio apponitur, quæ ex facto, aut voluntate Principis pendet, sive quæ non aliàs adimpleri valeat, quàm si Princeps voluerit; utrùm teneatur quis id à Principe postulare, ac ut obtineat, diligenter insistere, & quicquid in eo sit facere, quorundam traditiones in proposito confutantur, *l. 2. §. tractari, versic. finge autem. ff. ad Tertull. noviter*, & verè explicatur, & in effectu per totum caput quamplurima traduntur, quæ notabilia quidem sunt, nec alibi invenies, etfi hucusque Scribentium omnium traditiones perlegeris. p. 88

CAP. VIII. Mutuans ad refectionem alicujus rei, & merces vendens, habita fide de pretio; utrùm acquirat jus hypothecæ in ipsa re, vel mercibus? Item qui mutuavit pecuniam ad aliquam rem emendam, an eam obligatam habeat à jure, ut prioribus etiam hypothecis debeat præferri? & an hoc procedat etiam respectu dotis prioris: vulgata equidem, & multis in locis à Scribentibus agitata, sed hinc aliter, quàm cæteri faciant, explicata dubia. Et ibidem legibus 26. & 28. & 29. & 30. *tit. 13. part. 5.* singulariter enucleatis, aliorum traditiones rejiciuntur, & nonnulla noviter & verè adnotantur, quibus amplius hisce de rebus dubitandi occasio, cuicumque videtur omnino sublata. p. 101.

CAP.

CAP. IX. Pactum de futura successione, aut de hereditate patris, vel alterius cujusque viventis certo modo habenda, seu dividenda, usque adeo non valere, ut nec juramento firmetur, idque tam de jure Canonico, quam de jure Civili, ac etiam de jure Regio procedere, prout *hoc cap.* latissime probatur, & multorum doctrinis exornatur. Deinde, ipsummet pactum de hereditate viventis, an valeat in foro conscientie? An etiam pactum mutue successione in initum inter aliquos, juramento firmetur? exacte, & dilucide explicatur. Et in casu occurrenti, Autorique commissio, ipsius responsum seu consilium hic transcribitur; & nonnulla adnotantur per eundem, quae sic congesta, & distincte adnotata, antea non erant. pag. 106.

CAP. X. Ex *l. perfecta donatio. C. de donationibus, qua sub modo.* Ubi in proposito illius legis, quod perfecta donatio conditiones postea non capiat; quamplurima variis in locis scripta, & per Doctores ex eo textu desumpta in unum congeruntur: & nonnulla adnotantur per Authorem, quae in praxi conducibilia, & tam in primogeniis, & vinculis, quam in meliorationibus, & aliis dispositionibus utilia esse poterunt, nec alibi huc usque sic elaborata inveniuntur. Inter alia tamen, id principaliter actum; an scilicet, & quando majoratus primus institutor, sive alius ejusdem possessor, aut successor quicumque antiquas condiciones aliquo modo alterare, sive modificare, aut aliquid de novo adjicere possit? Quid etiam quando ex propriis bonis aliquid adjunxerit, propriae bona libera addiderit, aut donarium inter vivos, in testamento heredem instituerit? Quando etiam perplexitas, sive repugnantia dissolvi debeat, secundum verisimilem mentem testatoris? Ac denique D. Francisc. Sarm. adversus Socin. & Did. de Covar. sententia, ut perfectae donationi, nec modus, nec conditio, nec gravamen etiam incontinenti adjici possit, concludenter & vere corroboratur. p. 114.

CAP. XI. Filio in tertia parte bonorum a parentibus meliorato, utrum possit dari substitutus vulgaris, aut pupillaris extraneus; descendantibus, ascendentibus, vel transversalibus extantibus; sive ordo, & forma in *l. 37. Tauri* praescriptus, in substitutionibus hujusmodi alterari? ubi in proposito hujus quaestionis, nonnulla adnotavit Author, ad quae ceteri hujus Regni Scriptores non sic animadvertant. *Ibidem* etiam, an substitutio vulgaris tollatur. *Jo. del Castillo Quotid. Contr. Jur. Tom. III.*

lat existentiam sunitatis, breviter declaravit. p. 124.

CAP. XII. Majoratus, vel fideicommissio bona subiecta possidens, si Religionem capacem, aut incapacem bonorum in communi profiteatur, utrum sequens vocatus, vel substitutus admitti debeat statim, non expectata morte naturali, ac si majoratus possessor, vel fideicommissio gravatus, Monachus effectus verè decessisset? an etiam fructibus, & commoditatibus majoratus ejusdem, aut fideicommissi illico fruatur, vel interim dum Monachus naturaliter vivit, monasterium, vel successores alij ab intestato, aut ex testamento ante iugressum vel ante professionem Religionis facto, fruendi bonis omnibus jus obtineant. Quid etiam, si majoratus possessor, aut fideicommissio gravatus, in praedictum sequentis vocati, aut substituti, jus suum alteri venderit, cesserit, aut donaverit ante ingressum, vel ante professionem Religionis? ubi novè insistit Author circa traditionem Baldi, in *consilio 280. Factum tale, libro primo*, ad quam caeteri non sic animadvertunt; & Baldi ejusdem *consilium 389. eod. libro*, rectè ad propositum expendit: de renunciatione etiam primogeniturae aliqua dicit notanda, & utrum professione Religionis extingui debeat jus fructuum, commoditatumve, aut proventuum majoratus, quod alicui antea concessum fuerat, vel pro vita naturali Monachi dureret, nova, & singulari distinctione declarat? Quid etiam dicendum sit de jure Monacho ad vitam competentem? & an professione, sicut morte naturali ejusdem extingatur: optimè, ac etiam novè aperit. Praeterea, an in dubio, indistincteque videantur majoratum institutores ab eorum successione Monachos, & Monasteria excludere, regulariterque: tum ex natura, & sine primogenitorum; tum etiam ex praesumpta eorundem institutorum mente, & intentione id intelligi debeat, quamvis expressum non fuerit: ubi & de *consilio Decij 259. n. 2.* singulariter agitur, & contenditur; nec decisionem, nec rationem §. *Cornelio Felici, l. Statius Florus, ff. de jure fisci*, Hispanorum primogeniis convenire, nec Monachi, aut Monasterij in eisdem successione suffragari. Denique si in legibus, statutis, contractibus, sententiis, testamentis, concessionibus, & aliis dispositionibus quibuscunque indefinita mentio mortis fiat, an intelligatur de morte naturali, vel de morte civili, vel de utraque, & quibus in casibus mors civilis equiparetur naturali: absoluta

soluta equidem, diligens, atque notanda explanatio. p. 128.

CAP. XIII. Substitutionis vulgaris jus, utrum jure transmissionis ex capite juris deliberandi, vel ex potentia sanguinis potentius esse debeat; sive (quod idem est) an decedente instituto, præferatur in hæreditate agnoscenda substitutus, vel instituti hæres ex jure transmissionis. Quid etiam, si transmissionis jus ex potentia sunitatis contingat: ubi hac in re contrarietas, & varietas Scribentium ostenditur, multaque noviter & verè adnotantur, quæ sic non erant per alios animadversa. p. 157.

CAP. XIV. Ad explicationem §. *Augerius, l. qui Romæ, ff. de verborum obligation.* ubi quæ in proposito ejus textus hucusquæ diversimode, variisque in locis scripta erant, distinctè, & breviter commemorantur, Recentiorum omnium subtilitates, excogitataeque, & argutæ magis, quàm verè interpretationes, noviter, & subtiliter confutantur; ac denique communi sententia ab eorum impugnationibus, qui ipsummet Jureconsultum Scævolum arguere, atque carpere non dubitarunt, redita immuni: sive aliter & melius, quàm cæteri hæctenus fecissent, exornata, & defensa: *l. etiam fidejussor obligari 17. §. fin. ff. de fidejussoribus*, decisione explicata: nonnulla in proposito adnotantur per Authorem, quæ sic enucleata, atque elaborata, nullibi antea fuerant, p. 164.

CAP. XV. A successione majoratus non simpliciter, aut perpetuò, sive non absolute, & indistinctè, sed propter aliquam rationem, vel causam, aliquòve casu, aut qualitate superveniente, excluso eo, qui prius ad successionem invitatus fuerat, si casus, vel qualitas superveniat, an personalis tantum, an verò realis, & linealis exclusio censerì debeat? Deinde, si sequens in gradu, vel proximior eo casu vocetur, quis dici debeat proximior, & utrum descendens ex eo, qui prohibetur succedere, vel propter aliquam rationem, in eventumve alicujus casus à successione repellitur, admitti debeat, vel repelli; sive an dici possit sequens in gradu, vel non? Regulariter etiam, cum à successione majoratus aut fideicommissi aliquis excluditur, vel cù succedere prohibetur; an omnes ab eo descendentes exclusi censeantur, vel succedere prohibiti absolute? Quid si ratio exclusionis, vel qualitas ob quam excluditur, in ejus descendentibus cessaret, aut si exclusio ipsa personalis esset, descendentesve ex propria persona, aut vocatione, sive ex proprio jure successionem prætenderent? Sed & ex-

clusa filia, quando censeatur exclusus nepos, & de intellectu theoricæ, seu doctrinæ Bartoli in proposito; *ibidem* etiam, Angeli, Pauli Castrensis, Philippi Cornetii, Hippolyti Riminaldi, Jacobi Menochii, Sylvestri Aldobrandini, Telli Ferdinandez, & aliorum traditiones, sic ponderatæ, atque exornatæ, ut utilitatem committent, & futuris aliis negotiis contingentibus prodesse valeant. Denique casus, & qualitas superveniens, quæ tunc successionem impediret, an noceat ei, qui antea legitimè, sive tempore habili successerat? Ubi in facti contingentia consultus, de jure respondit, & primus quidem omnium scripsit Author, ejusque consilium, prout editum fuit, transcribitur hoc loco, & quamplurima diligenter, & accuratè explanata relinquuntur. p. 169.

CAP. XVI. Depositum quid, & quare fiducia judicium dicatur, nec compensationis exceptionem admittat? possessionem, aut dominium rei depositæ an in depositarium trāsferat; & quid in sequestrum? Qualiter etiam regulare, & irregulare depositum differant, & quos effectus utrumque producat? Deinde, an depositum maneat pactione adjecta, ut tantundem reddere, vel uti pecunia, aut re deposita liceat? An etiam Bancharij nostri temporis sint verè depositarij, & eorum fidejussores illis teneantur, qui de pecunia interesse percipiunt? Ubi nonnulla inveniunt, singulariter, & verè adnotata, atque elaborata, & rem hanc brevitate, & resolutione explanatam. Demum, & principaliter inquiritur, utrum res suas, vel pecunias apud alium deponens, ceteris creditoribus præferendus sit circa actiones personales, vel reales; sive an habeat jus prælationis contra bona depositarij falliti? Et de intellectu *l. si hominem 7. §. quoties. ff. de depositi, l. si vètri, §. in bonis. ff. de privilegiis creditorum, & l. 2. & 9. tit. 3. part. 5.* & nonnullis casibus distinctè, & verè constitutis dubium hoc, tam de jure communi, quàm de jure Regio *partitarum*, utilius, quàm antea fuisset, remanet dissolutum, atque explicatum. p. 186.

CAP. XVII. Institutus in re certa, nullo dato cohæredede universali, vel dato nolente, aut non valente hæreditatem adire, sive à te testatorem decedente, jure nostro Regio, ac post decisionem *l. prima, tit. 4. l. 5. nova collect. Regia*, num quid habeatur loco hæredis? an loco legatarij? Utrum etiam universam consequatur hæreditatem, & rei certæ mentio detrahatur? an rem ipsam in qua est institutus, dumtaxat, sic ut reliquum hæredibus legitimis, sive ab



# INDEX CAPITUM

ab intestato successoribus debeat: difficilis equidem, & necessaria, dilucidè tamen & plenè elucidata quæstio. Ubi & Burgenſis Salon de Paz opinio, adversus Joannem Matienzum, & Neotericos alios novè defenſa, & recepta; eorundem argumentis verè, & concludenter satisfactù; & plures casus, quàm antea fuissent, distincti, & considerati per Authorem. Deinde institutus in re certa, an, & quibus casibus, sive quarum rerum respectu, & effectu habeatur loco hæredis, vel loco legatarij; & de materia, & ratione ad textum in §. *si ex fundo. l. prima. ff. de hæred. instit.* cum concordantibus, strictè & accuratè actum, & permulti Authores commemorati, qui *ejusdem* §. materiam latissimè tractarunt, atque exornarunt? Demum de prædictis omnibus quod attinet ad forum interius, sive conscientiæ: & utrùm institutus in re certa, habere debeat reliqua bona, quando testator hoc prohibuit; expressivè testatoris dispositione, & prohibitione, utrùm cesset dispositio *dicti* §. *si ex fundo*, sive jus accrescendi in hac materia? an etiam regulariter, & quare illud fuerit introductum? Dyni, Bartoli, & aliorum Authorum contrarietas proponitur, & Dyni opinio contra Bartolum sustinetur.

p. 198.

CAP. XVIII. Poenas negantium, & de mendacio convictorum, permultas esse in jure quæ diffusè, remissivè tamen enumerantur *hoc capite*. Ac præcipuè agitur, qualiter, & quibus casibus locum habeat poena constitutionis *legis finalis. ff. de rei vèdicatione*. nonnulla ad propositum ejusdem adnotantur, *legis 3. tit. 3. part. 3.* decisioni applicatur, & permultis aliis commemoratis, Fulvij Paciani locus commendatur. Deinde, utrùm negans rem habere, quam exhibere rogatur, si non constet ad eum pervenisse, possit jure negare, & ejus assertioni juratæ credatur, tam si extet, quàm si non extet suspicio, rem ad eum pervenisse, vel si ipse fateatur rem pervenisse, sed dicat amisisse eam? ubi Francisci Bursati *consilium 354. volum. 4.* expenditur in terminis. Tandem, instrumentum amissum esse; quo pacto, quibusve modis, aut testibus probari possit? an etiam juramento probari valeat? & de materia *l. fin. C. de fid. instrumentorum*. remissivè actum *hoc loco*.

p. 216.

CAP. XIX. I. Repræsentationis materiam circa successiones legales, testamentarias, fideicommissarias, feudales, emphyteuticarias, & primogeniorum, sive majoratum permultos Authores tractasse, qui *hoc capite* commemorantur, & ingenti studio congregantur.

p. 218.

2. Repræsentationis diffinitiones quamplures referuntur, ac vera & nova diffinitio traditur, & *ibidem* nonnullæ regulæ, sive observationes generales in hac materia proponuntur.
3. Repræsentatio, utrùm per rationem fictionis, potius quàm privilegij accipi, ac diffiniri debeat; sive lex dum repræsentationem introduxit, utrùm fingendo processerit? ubi Doctorum eòtrariæ sententiæ proferuntur, & res hæc dilucidè, & subtiliter explanata relinquitur.
4. Repræsentatio, an in casibus duntaxat à jure expressis admitti possit, & propterea ei in dubio locus non sit? an etiam in his successionebus tantum procedat, quæ jure hæreditario deferuntur, & non in aliis; ubi Doctorum confusio, & contrarietas ponderatur, & melius quàm antea fuisset, articulus hic declaratur.
5. Repræsentationis introducendæ, quæ fuerit ratio potissima, unde etiam introductionis ejusdem necessitas effluxerit: quod denique jure repræsentatio, & ejus effectus processerint, & ubi dicimus per repræsentationem filium ingredi locum patris, an gradus repræsentari potius quàm corrumpi dicatur? ubi horum omnium brevis, & dilucida traditur resolutio, atque explanatio.
6. Repræsentationis privilegium quibus personis communicatum, seu concessum fuerit: ubi in primis repræsentationi locum non esse inter ascendentes, & quare. Deinde repræsentationis beneficium descendentibus communicari, & in infinitum quoad omnes protrahi, idque præcipuè in Hispanorù primogeniis, sive in vinculis, aut majoratibus perpetuis, prout singulariter declaratur. Inter transversales quoque repræsentationem admitti in filius fratrum cum patris suis succedentibus, in stirpes, & non in capita; sed ultra filios fratrum non porrigi; quamvis in primogeniorum successione, jure Hispano, inter transversales etiam, in infinitum repræsentatio porrigatur, dummodo pater aut ascendens repræsentatus, succedere possit, si viveret, non aliàs, prout latius probatur. *Legis 40. Tauri* constitutio, quatenus de successione, atque repræsentatione transversalium, seu collateralium loquitur, utiliter, & singulariter explicatur, atque ex professo discutitur, utrùm repræsentatio in majoratibus transversalibus concessa, absque graduum restrictione intelligenda sit? & an procedat, etiam si ipsimet transversales à primo institutore majoratus nõ procedant? Ludovici Molinæ, & Velasquez Avendañi sententiæ contrariæ proferuntur; & Ludovici Molinæ opinio

† 4      retenta,

# I N D E X C A P I T U M.

- retenta, egregiè admodum articulus hic dissolvitur. Præterea difficilis illa quaestio, atque inveterata Doctorum controversia, utrùm fratrum diversorum filij, quando soli sunt, nec concurrunt cum patruo suo superstite, succedant alteri patruo suo in stirpes, repræsentando parentum personas? an in capita? singulariter, & dilucidè extricatur. Denique, quando plures patruales, sive consobrini tractant inter se de succedendo alteri suo patrueli, sive consobrino, an successio fiat in stirpes, vel in capita? dilucidè etiam explanatur, & præfatorum omnium distincta admodum, & notanda traditur resolutio.
7. Regnorum, & majoratum, seu primogeniorum successio, utrùm jure sanguinis, an jure hæreditario deferatur; repræsentatio etiam in eis, an de jure comuni procederet, & de jure hujus regni, recta juris ratione, sive qua præcipuè fuerit admessa, ubi ratio decidendi ad *l. 40. Tauri* assignatur, quæ hætenùs ab illis mille in locis tradita fuere, suo ordine commemorantur; qualiter, sive quo ordine, & forma in regno debeat succedi? & an ab ultimo regni possessore proximitas debeat accipi? quid etiam in aliis majoratibus inferioribus? Demum textus, in *cap. licet, de voto, & voti redemptione, & in cap. grandi, de supplenda negligentia Prælatorum, lib. 6. & in l. 2. 3. & 4. tit. 15. part. 2. & in l. 8. & 12. tit. primo part. eadem 2.* cum aliis pluribus, in quibus adeò variarunt hucusque Scribentes omnes, ut ferè nihil certum reliquerint scriptum, dilucidè, & absolute explanantur.
8. Repræsentatio nepoti ex filio primogenito ante mortem avi defuncto, in *l. 40. Tauri* concessa, utrùm nepti etiam concessa esse intelligatur, & consequenter neptis ex filio primogenito præmortuo; an secundogenitum à successione majoratus excludat? Neptis etiam ejusdem repræsentatio, utrùm excludatur ex majoratu foeminas propter masculos excludente; si masculus ex foemina, & foemina ex masculino ad successionem majoratus simul concurrant; & de succedendo ultimo possessori transversali tractent, atque in eodem gradu sint, uter eorum debeat præferri? Ex duabus etiam foeminis in eodem gradu existentibus, cui prælatio datur? Et an qualitas masculinitatis, sive sexus masculini in filiam transmitti, sive ab illa repræsentari valeat? Denique tam de jure communi in successione ascendentium, & transversalium quoque, & in bonis liberis, & divisibilibus, quàm de jure hujus regni post decissionem *l. 40. Tauri* in Hispanorum primogeniis, sive majoratibus, utrùm filius parentis personam repræsentans, dicatur venire ex propria persona, & vocatione, atque proprio jure, vel ex persona parentis repræsentati, & de effectu hujus indagationis, brevis & dilucida atque in hoc ultimo notanda, & aliter quàm cæteri fecissent, tradita resolutio.
9. Repræsentatio, utrùm locum habeat, quando in patre, vel avo jus succedendi firmiter radicum non fuit, sive jus certum, & firmum, atque invariable utrùm necessariò requiratur, ut repræsentatio admittatur; an verò sola potentia, sive spes, aut possibilitas succedendi, etiam remota sufficiat? & de intellectu *l. 40. Tauri*, circa istum articulum: dilucida equidem, atque egregia explanatio, ubi *Taurine dictæ l. germanus*, & verus sensus adducitur. Cõditorum ejusdem mens, & intentio detegitur, Neotericorum quorundam adversus Ludovicum Molinam observationes, seu placita nonnulla, noviter & verè subvertuntur, & quamplurima adnotantur. Deinde, an nepos institutoris ex filio, ante majoratum institutum, vel in vita institutoris præmortuo, patruum excludat? an etiam repræsentationi locus esse possit, quando ultimo majoratus possessore absque descendens præmortuo, transversalis aliquis successionem præterdit, cujus pater si viveret, successurus sane esset ut proximior, ipse tamen multis ab hinc annis, & ante majoratum institutum, vel etiam post, sed in vita institutoris decessit: ubi etiam in proposito considerantur accuratè, & subtiliter aliqua, quæ ultra Scribentes omnes, matura consideratione fuerunt excogitata. Ac denique de nepote mortuo, viventibus avo possessore majoratus, & patre primogenito; relicto tamen pronepote possessoris: & de filio incapacis, ante incapacitatem nato, & de posthumo, utrùm patruum excludant, breviter inquiritur.
10. Repræsentatio in fideicommissi successione, an, & quando locum habeat? ubi de contrarietate Accursij, & Baldi, sic trita, & vulgata, ut nulli non innotescat: an etiam *dictæ l. 40. Tauri* constitutione edita, aliquid citra jus commune, aut Interpretum traditiones communes additum, vel innovatum fuerit in materia repræsentationis circa fideicommissa. Præterea de successione feudi, & emphyteusis, & quatenus in ea repræsentatio admittatur: diligens equidem, atque notanda, & accurata magis, quàm antea fuisset, explanatio.

# INDEX CAPITUM.

II Repræsentatio, de qua *in l. 40. Tauri*, utrum admittenda sit in primogeniis, seu majoratibus, non solum ex ultima voluntate, sed etiam ex contractu institutis, ubi non modo in terminis præfatæ *l. Tauri*, sed etiam in terminis juris communis, articulus hic dilucidè magis, & aliter, quàm cæteri hujus Regni Scriptores fecissent, explanatus relinquitur: an etiam admitatur repræsentatio in majoratibus, qui absque institutionis scriptura, ex sola antiquitate, aut consuetudine constant? In donatione Dominica, seu Regia concessione, in his bonis, quæ jure majoratus à Rege Henrico II. Nobilibus Hispaniæ fuere donata; in meliorationibus Tertij & Quinti vinculatis, sive in vinculis ordinariis, quæ absque Regia facultate instituantur quotidie, & in Anniversariis, & Capellaniis aut Memoriis perpetuis, quæ jure majoratus deferuntur: ubi horum omnium brevis, & distincta traditur resolutio, & Petri Salazaris adversus Lud. Molinam, & alios, opinio nova, noviter & verè, atque vel uno tantum verbo cõcludenter cõvicata.

Repræsentatio, ut exclusa censeatur, atque in primogeniorum, seu majoratum successione excludi debeat, utrum necessaria sit expressa dispositio vel etiam tacita, atque ex conjecturis deducta sufficiat? an etiam exclusa, aut admissa repræsentatione alicujus personæ, aut gradus respectu, sive in aliqua parte dispositionis, in reliquis quoque partibus, sive aliorum quoque graduum, aut vocatorum respectu, exclusa, aut admissa censenda sit, quàmque firmiter, sive qualiter in casu dubij standum sit *dict. l. 40. Tauri* dispositioni, ut potius admittatur, quàm excludatur repræsentatio, & an ejusdem legis decisio sit juri communi consona in postrema sui parte, & procedat quoque respectu primi successoris, vel ulteriorum, ut possint ipsi repræsentationem excludere, vel cessione sua juri nepotis præjudicare, ac secundogenito filio favere. Deinde, ex vocatione proximioris, *vulgo el mas propinquo, o el mas cercano pariente*. Vel cum dicitur, quod aliquibus deficientibus, proximior succedat, aut proximior meus, vel proximior in gradu, vel quod succedatur salva gradus prærogativa, aut ordine successivo, utrum repræsentatio exclusa censeatur? an etiam ex vocatione filij majoris, aut filij primogeniti, vel filij superstitis tempore mortis ultimi possessoris, vel proximioris, eodem tempore superstitis, repræsentatio excludatur, vel non? Quid denique, si primogenitus mortuus fuerit, nondum qualitate, seu condi-

tionem ab institutore majoratus adjecta, verificata; & utrùm qualitas in persona succedentis, ad succedendum requisita, præcisè adesse debeat tempore delatæ successionis? an verò sufficiat, quod antea adfuerit, etiam si ante adventum successionis primogenitus mortuus fuerit? ubi horum omnium dilucida, & distincta, atque notanda resolutio traditur, & nonnulla (ut videbis) & noviter, & verè adnotantur per Authorem, quæ sic diligenter ordinata, atque digesta, nullibi antea fuerant. Inter alia tamen articulus ille circa vocationem factam in majoratu de filio primogenito superstite, hoc est, *del hijo mayor que fucare vivo al tiempo de la muerte del ultimo poseedor*, sic accuratè, & verè resolvitur, atque Ludovici Molinæ sententia recepta fundamentis, plurimisque Avendañi rationibus in contrarium, noviter & subtiliter respondetur, ut attentà constitutione *dictæ l. 40. Tauri*, amplius de ipsius articuli vera resolutione dubitari nequeat.

p. 218. & seqq.

CAP. XX. Ad ea, quæ Hieronymus de Cavallos sub *quæstione 749*. novissimè scripsit, & poenas simul criminis falsi. Objectionibus deinde ejusdem contra Authorem, non modo falsis & iniquis, verum etiam à veritate, & bono quoquo viro, maximè juris professore, valde abhorrentibus, non ut satisfiat (satisfactione namque non indigent, & veritas patet, & clamat) sed ut justis aliis de causis responsum præbeatur hoc loco, & è Petri Ricciardii commentariis *in titulum Institut. de usufructu*, multo post peractum, & absolutum tractatum de usufructu ab Authore perlectis, & in hisce Regnis expositis, nec unum verbum, nec syllabam Authorem metipsum subtraxisse; nihil etiam Ricciardium eundem attigisse, nec observasse ex infinitis, quæ per totum tractatum, & in unoquoque capite *de usufructu* ab eodem Authore traduntur, & ingenti studio, & diligentia, originaliq; & proluxa omnium tunc usque Scribentium lectura sic digeruntur, & ultra alios animadvertuntur, ut invincibiliter ostendatur, ac etià (ut aliis opus non sit, & tacuisse placeret) Ricciardium eundem in materia *usufructus* quatuordecim duntaxat (nec eas omnes ex professo) Authorem verò centum, & quadraginta fere quæstiones, in eo tractatu congestisse, atque scripsisse, quo magis malitia ejus detegitur, & falsitatis adeò gravis crimen evincitur, nec aliquid Authori detrahitur. Ricciardium potius, & Cavalcanum ex proposito inquirere, & perlegere, & juxta Authoris tractatum

# INDEX CAPITUM.

tractatum apponere, laborémque, & diligentiam uniuscujusque metiri, nimis gloriosum & jucundum futurum; modo eorum omnium, & aliorum quamplurimorum, quæ typis mandabuntur, honor, & gloria tribuatur soli Deo, à quo cuncta procedunt, & sine quo factum est nihil. p. 317.

CAP. XXI. Ad *Titulum ff. ad S. C. Turpilianum*, & *de calumniatoribus*, in *Decretalibus*. Ubi nonnullis de calumniatoris crimine (quod grave est) breviter commemoratis, aliisque omissis consultò, ne transcribantur, id præcipuè intenditur (quod in usu forensi controvertitur sæpè, & dilucidè satis explicatum non est) utrùm calumniator etiam præsumptus, is scilicet, qui vel accusationem non probavit, vel ab ea destitit, teneatur ad damna, expensas, & interesse: & *ibidem* Bartoli sententia (quæ in puncto juris verissima est, quicquid de consuetudine contra ipsum alij enunciaverint) constanter, ac ita defenditur; ut omnino debeat observari, prout hic explicatur. p. 328.

CAP. XXII. Ex *l. nihil pro hærede. C. de usucapione pro hærede*. Ubi quamplurimorum interpretationibus argutè, & subtiliter refutatis, & noviter convictis, multisquè ingenti studio & diligentia in proposito ejus textus, fuitatis etiam, & præteritionis, atque exhæredationis liberorum observatis; & vivo quoque patre an dominium, an etiam possessionem bonorum paternorum habere, sive domini aliquo modo filij dicantur, textus ille adeò vulgatus, ut in scholis per manus tradatur quotidie, ita dilucidè, & ingeniosè enucleatus relinquatur, ut Authoris studium, & laborem fatearis libenter. p. 334.

CAP. XXIII. Ex *cap. salubriter, de usuris*. Ubi Pontificia ea constitutio, adeò vulgata, sed summè difficilis; *cap. etiam ad nostram* II. *de rebus Ecclesie non alienandis*: Et *cap. ad nostram* 7. *de jurejurando*, ita accuratè & verè explicatur, ut aliorum intellectus quamplures, verè & noviter convincantur; nonnulla in proposito *dicti cap. salubriter*, dilucidè observata tradantur, & verus atque genuinus sensus ejusdem decisionis ostendatur. Denique, & infertur ad quæstionem practicam, utrùm hodie in terminis legis Regiæ taxantis dotes, procedat *dicti cap. salubriter*, constitutio, si fructus ex possessionibus pignori datis, excedant quantitatem dotis à lege Regiæ taxatam? & quæstio metipsa accuratiùs, & dilucidè magis quàm hætenus fuisset, explicatur, & *l. debitor. ff. in quib. caus. pign. vel hypot. tacit. contrah. singulariter* expenditur, & declaratur. p. 350.

CAP. XXIV. *Legis finalis, C. de edict. Divi Adrian. tol. materia*, diligenter & dilucidè, breviter tamen, & utiliter discutitur; ac inter alia principaliter inquiruntur ex professo nonnulla; *legis*, inquam, *ejusdem & l. 3. tit. 13. lib. 4. nova collect. Regiæ* (quæ *lex Soriana* vulgò nuncupatur) remedium, quibus, & quando competat, vel non, quæ etiam adstringantur probare, qui legum earundem beneficium implorant; sive quæ requirantur, ut quis in sumario, possessoriòque ejus legis judicio obrineat. Deinde, an semiplenæ probationes sufficiant? an verò plenæ necessariæ sint? Rursum, quando quis dicatur legitimus contradictor ad impediendam missionem in possessionem ex *dictis ll.* & quæ vitia dicantur visibilia, aut invisibilia, ut eam impediunt, vel non? An etiam admittantur probationes, seu exceptiones altiore indaginem requirentes, & quando in continenti probationes fieri posse dicatur, vel non posse. Successori deinde majoratus (quod hætenus absolutè satis explicatum non erat) an remedium *dict. l. finalis* competat; fideicommissario etiam de jure communi, & hoc de jure Regio, post decisionem *l. prima, tit. 4. lib. 5. nova collect. Regiæ*, etiam nulla restitutione facta à hærede? (quod nullus itidem explicaverat absolutè:) An denique hæres hodie post decisionem *ejusdem l. Regiæ prima* possit à fideicommissario compelli, & adeat hæreditatem, & sibi restituat, & intellectu *præfata l. prima*: ubi ingenti studio, & labore eximio, Authorem aliorum Interpretum placita evoluisse, & quamplurima observasse, libenter fatebitur quicumque. p. 364.

CAP. XXV. *Leg. unica. C. quando Imperator inter pupillos & viduas, & c.* Constitutio, & materia exornatur, & privilegium illud quo pupilli, viduæ, & miserabiles personæ evocare ad Curiam Principis adversarios quoad primam causarum cognitionem possunt, sed non evocari; qualiter, quando, & quibus casibus, ac personis competat, tractatur utiliter. De ratione etiam introductionis privilegij ipsius, an præfatis personis, non modo pauperibus; sed etiam divitibus concedatur, etiam ganter discutitur. Rursum, an *l. ejusdem* decisio procedat post coeptum coram ordinario judicium, sive actoris, sive partes pupilli, & viduæ sustineant; & ter equidem, & dilucidè magis, quàm hætenus factum fuisset, explanatur. Denique inquiruntur, an personæ prædictæ privilegio uti, fruique possint, si tanquam hæredes successerint in lite coepta? &

# INDEX CAPITUM.

his omnibus utilis traditur, atque notanda resolutio, & explanatio. p. 409

CAP. XXVI. Contractus, vel actus, qui geritur, an, & quando intelligatur, sive presumatur in scriptis, vel absque scriptura celebratus, ut dicatur purus & perfectus, vel imperfectus, & conditionalis, & poenitere liceat, vel non, ante instrumentum confectum, si inter contrahentes de instrumento conficiendo convenit? ubi ad interpretationem *l. contractus. C. de fide instrument. l. 6. tit. 5. part. 5. & l. 2. tit. 16. lib. 5. nov. collect. Regie*, & praefatae disceptationis inter Scribentes omnes adeo controversae, absolutam, & veram resolutionem, tam de jure communi, quam de jure Regio, observantur ab Authore nonnulla, quae dilucidè traduntur hoc loco. pag. 420.

CAP. XXVII. Alimenta, sumptusque litis, an, & quando teneatur reus suppeditare actori, cum lite pendente, vel antequam judicium promoveatur, actor petit sibi provideri de alimentis à reo, & quando quis pauper dicatur, & ejusmodi, quod alimenta, & litis expensas jure valeat eligere: *l. si instituta. §. de inofficioso, ff. de inofficioso testament. cum aliis juribus in materia*, intellectus verus adducitur, & extenditur ejusdem decisio ad alias personas quamplures, maximè ad eas, quae non levem justitiae praesumptionem pro se habent, & quatenus praesumptio operetur? an etiam inops dicatur, quae maritum, patrem, vel filios habet divites? utiliter explanatur. p. 427

CAP. XXVIII. Ad ea, quae *cap. 6. hujusce libri 3. & cap. 28. lib. 2.* scripta fuere, addenda nonnulla, quae etiam pertinent ad

potestatem Principis, ut tollere, aut mutare valeat testatorum voluntates quoad fideicommissa, & majoratus ex causa publicae utilitatis. Et an procedat id duntaxat, quando non aliter consuli potest publicae utilitati. Principi etiam aliquid attestanti utrum plena fides adhibenda sit? ad *Clement. unicam, de probat.* Et an causae cognitio, atque vocatorum, sive substitutorum citatio necessaria sit, ut juri eorum praedictum generetur, & derogetur. Deinde, clausulae, *ex certa scientia, & motu proprio, & de plenitudine potestatis, & pro expressis habentes*, cujus effectus, & virtutis sint in proposito, & in aliis quibuslibet regulariter? Rursus in Principe juri alterius praedictum, an praesumatur justa causa, & an ipsius assertio, sive expressio sufficiat? Denique, de ratione, & interpretatione *l. 7. tit. 7. lib. 5. nov. collect. Regie*, circa divisionem duorum majoratum, qui ex causa matrimonij uniuntur, & excedunt summam praetaxatam *ibi*, brevis & notanda resolutio, atque explanatio. pag. 440.

CAP. XXIX. Masculi ex foeminis, an, & quando masculorum descendantium appellatione comprehendantur, vel comprehensi dicantur in fideicommissis, & ultimarum voluntatum dispositionibus, diligens, & brevis explanatio. p. 429

CAP. XXX. Regula illa, sive Interpretum omnium axioma commune, & per manus traditum quotidie; *Si vinco vincam te, multo magis vincam te*, in successio-num, & aliorum actuum materia, an, & qualiter procedat, & de aliorum variis in locis traditionibus (quae hic aggregantur) brevis resolutio, atque explanatio. p. 469





# INDEX QUÆSTIONUM

In Hoc TOMO TERTIO Contentarum.

- C A P. I. **A**D ornatum tit. D. & C. Si quis aliq. test. prohib.  
II. Ad ornatum Auth. Sacrament. Puber. C. si adverb. vendit &c.  
III. Ad ornatum leg. fistulas §. frumenta ff. de contrah, empt.  
IV. De Hypotheca privilegiata dotis.  
V. Utrum amittatur Legitima ob omissionem Inventarii.  
VI. Ad ornatum l. 2. C. de commun. rer. alienat.  
VII. Ad explicat. l. 14. Tauri in verb. fin. tit. 4. partita.  
VIII. De Hypotheca rem meliorantis.  
IX. De Pacto hæreditatis viventis.  
X. Ad ornat. l. perfecta donatio C. de donat. quæ sub modo.  
XI. An substitui possit Filio in Tertia.  
XII. De majoratu restituendo ex morte Civili.  
XIII. Jus Substitutionis an sit potentius Jure Transmissionis.  
XIV. Ad §. Augerius, l. qui Romæ ff. de verb, oblig.  
XV. De exclusione reali vel personali à Majoratu.  
XVI. De deposito, & privilegiis depositoris.  
XVII. De institutione in re certa.  
XVIII. De poenis negantium & de mendacio Convictorum.  
XIX. De Jure Repræsentationis.  
XX. Apologia tract. de Usufructu, contra Cævalos.  
XXI. De Calumniatoribus.  
XXII. Ad ornatum l. Nihil C. de Usucap. pro hæred.  
XXIII. Ad ornatum cap. salubriter, extr. de usur.  
XXIV. Ad leg. fin. C. de edict. Div. Adrian. toll.  
XXV. Ad leg. unic. C. Quando Imper. inter pupill. &c.  
XXVI. De contractu in scriptis celebrato.  
XXVII. De alimentis & expensis provisionalibus.  
XXVIII. De Potestate Principis circa Testamenta &c.  
XXIX. Appellatione Masculorum descend. qui contineantur.  
XXX. Quotidianarum Controversiarum Juris & de Regula illa *si vinco vincentem te, multo magis vincam te.*

